

quia inducit fortitudinem et prudentiam. Nocumentum eius est pectoribus strictis, quia stringit ipsum^q amplius. Remotio nocumenti eius est cum obtemperatione^r mansionum. Super hoc dicunt Ypocras et^s Galienus et Dioscorides, quod regiones existentes sub polo septentrionali sicut Sclavonia et Alamania et^t loca similia^t sunt fortis frigiditatis et siccitatis. Quarum incole sunt ampli pectoris et prudentes ac horribilis^u dispositionis propter occultationem caloris et sunt subtilium tibiarum propter excessum caloris ipsius ab extremitatibus. Sunt inde longe vite propter bonam digestionem ipsorum, et principaliter^v Sclavi sunt parum bibentes eo, quod multum comedunt. Quorum^w mulieres sunt steriles multum. Causa^x est, quia^x male mundantur^y a menstruis propter frigiditatem aquarum, quibus utuntur, et sunt pauci lactis et difficilis partus, et venter earum est multum strictus.

De tertia regione^z

Regio orientalis naturaliter est temperata. Melius ex ea est continens plus partem septentrionis quam meridiei. Iuvamentum eius^{a'} est fere omnibus virtutibus. Nocumentum eius est, quia multorum fulgorum est et terremotuum^{b'}. Remotio nocumenti eius est cum cibis grassis^{c'}. Super hoc dicunt Ypocras et Dioscorides, quod aer orientalium regionum^{d'} est clarus et temperatus sicut ver. Verum est, quod declinat ad siccitatem naturaliter. Quarum cibi sunt temperati et aque dulces in suo sapore et clare in colore eo, quod sol non diu moratur super eas^{e'}, ut efficiantur salse, nec elongatur sic ab eis, quod^{e'} efficiantur turbide^{f'}. Quarum regionum colores^{g'} incolarum sunt albi et mixti rubori et corpora pingua, voces clare ad^{h'} cantandum^{h'}, egritudines pauce, figure pulcre, fructices multi, arbores grandes, et^{i'} carent ira et sunt^{k'} prudentes^{k'} propter temperantiam qualitatum ipsarum, et sunt gentes suavitatis et magne quietis amantes pacem, gaudium et^{l'} solatium.

De quarta regione^{m'}

Regio occidentalis naturaliter est variabilis temperantie. Melius ex ea est habitatio, que est Halabor¹. Iuvamentum eius est manifestationi mina-

q) *fehlt* P r) obtemperantia OR s) *fehlt* O t-t) *fehlt* OR u) orribilis R v) specialiter R w) quarum OP x-x) eo quod P y) mundificantur P z) *fehlt* P a') *fehlt* R b') terre montium OP c') grossis P; crossis R d') regionum eius OR e'-e') ut R f') turbide R g') *fehlt* R h'-h') *fehlt* P i'-i') carentes P k'-k') prudentes sunt P l') ac P m') *fehlt* P

1) Arab. Alhabor, der Fixstern Sirius (vgl. Paul KUNITZSCH, Arabische Sternnamen in Europa, Wiesbaden 1959, S. 117 ff.).